

EXPLICATIO NOTARVM QVAE DIACRITICAE DICVNTVR

Et notae quae sequuntur et litterae eis e. g. additae cursivae q. d. redditae sunt notis $\subset \supset$ exceptis, quae semper directae ponuntur. Animadverte variis locis, i. e. in exemplo apparatu critico commentario, scripturae quidem qualitatem et notarum et litterarum, quibus notae adiectae sunt, variare aptam consentaneam ei, quod editor intendit, ut perspiceretur. Unde invenies notas directas et cursivas litterasque et maiusculas et minusculas et directas et cursivas.

Versuum paginarumque divisio

abc, abc |⁵ abc

Versuum divisio (quae non indicatur hoc signo nisi in apparatu critico)

abc || abc

Paginarum vel laterum monumenti divisio; litterarum quae non suo loco inscriptae sunt divisio

Litterae communes

abc

Litterae planae lectionis ad verbum aut ad partem, quod quidem agnosci possit, verbi pertinentes

ABC

Litterae interpretationis incertae planae prorsus lectionis, quae tamen in incerto sunt utrum ad initium verbi an ad medium an ad finem pertineant an ad verbum plus quam unum an alio quo modo intellegendae sint; praeterea saepe tituli male traditi et lectiones variae maiusculis redduntur

V

Littera V typo maiusculo reddita, si incertum est quo modo phonetice explicanda sit

abc

Litterae ita laesae ut certius extra tituli contextum agnosci non possint

+++

Vestigia litterarum ita corruptarum, ut nullo modo agnosci possint; pro littera quaque ponitur singula crux

abc

Litterae quae a prioribus lectae descriptae postea perierunt vel nunc latent

Litterarum formae notabiliores

á, é, í, ó, ú

Vocales apicibus notatae

ì

I longa

abc, V

Litterae et notae numerorum lineis supra ductis notatae

cy, cv

Litterae quae dicuntur Claudianae

âb, âbc

Litterae conexae (unaquaeque littera, quae cum sequenti coniuncta est nexu, notatur accentu circumflexo superposito)

Litterae erasae

[[abc]], [[ABC]], [[abc]]

Litterae antiquitus erasae, quae nihilominus aut plane aut probabiliter leguntur

[[[abc]]]

Litterae antiquitus erasae quas editor supplevit

[[[...]], [[[-5? -]], [[[- - -]]]

Litterae antiquitus erasae, quarum numerus aut certius aut minus certe aut nullo modo computari potest

[[[- - - - -]]]

Lacuna unius integri versus erasi

[[[- - - - -]]]

Lacuna integrorum versuum erasorum quorum numerus incertus est

Litterae in litura scriptae

Litterae in litura scriptae non indicantur notis, si sunt tituli recentioris, qui loco antiquioris exsculpti incisus est.

⟨⟨*abc*⟩⟩, ⟨⟨*ABC*⟩⟩, ⟨⟨*abc*⟩⟩

Litterae loco alterarum erasarum insculptae quae aut plane aut probabiliter leguntur

⟨[*abc*]⟩

Litterae loco alterarum erasarum insculptae, quae tamen fortuito superficiei damno aut fractura omnino perierunt quasque editor supplevit

⟨[...]⟩, ⟨[*-5?*]⟩, ⟨[*- -*]⟩

Litterae loco alterarum erasarum insculptae, quae tamen fortuito superficiei damno aut fractura omnino perierunt quarumque numerus aut certius aut minus certe aut nullo modo computari potest

Additamenta antiqua

‘*abc*’

Additamentum antiquum ad textum corrigendum aut supplendum

Litterae deperditae

[*abc*]

Litterae fortuito superficiei damno aut fractura omnino deperditae quas editor supplevit

[*abc-*]

Litterae deperditae et suppletae ut supra, forma quidem declinationis aut coniugationis incerta; nota ponitur etiam, si stirps quidem verbi certa, verbum autem ex ea stirpe derivatum incertum est, praeterea, si ignotum est, quot litterae verbi perscriptae fuerint

[...]

Litterae omnino deperditae ut supra, quas editor supplere non potuit quamquam numerus earum haud dubie computatur; pro littera quaque ponitur singulum punctum

[*-5?*], [*- -*]

Litterae omnino deperditae ut supra, quas editor non supplevit quarumque numerus aut coniectura tantum aut nullo modo computari potest

[*-*]

Praenomen non perscriptum omnino deperditum cuius litterarum numerus incertus est quodque editor supplere non potuit

[*- - - - -*]

Lacuna unius integri versus

[[*- - - - -*]]

Lacuna unius integri versus erasi

Lacuna integrorum versuum quorum numerus incertus est

[[*- - - - -*]]

Lacuna integrorum versuum erasorum quorum numerus incertus est

[*-?*], [*- - -?*], [*- - - - -?*], [[*- - - - -?*]], -----*-?* , [[*- - - - -?*]]

Incertum sintne litterae fortuito superficiei damno aut fractura deperditae

Litterae ab editore expunctae, adiectae, correctae

{*abc*}

Litterae errore adiectae quas editor expunxit

⟨*abc*⟩

Litterae errore omissae quas editor adiecit

(*a*)*bc*, *a*(*b*)*c*, *ab*(*c*)

Litterae e consuetudinibus quibusdam orthographicis phoneticis omissae, quas editor adiecit

ˆ*abc*ˆ

Litterae quas editor correxit

Verba breviata, notae, verba subaudita, inscriptiones non finitae

a(*bc*)

Verbum non perscriptum quod editor solvit; nota ponitur etiam, si litterae ex consuetudine quadam omissae ab editore adiectae vel insertae sunt

a(*bc-*)

Verbum non perscriptum quod editor solvit ut supra, forma quidem declinationis aut coniugationis incerta; nota ponitur etiam, si stirps quidem verbi certa, verbum autem ex ea stirpe derivatum incertum est

a(*- -*)

Verbum non perscriptum quod certe solvi non potest

A(*- -*)

Nomen (in titulo ineunte: nomen aut verbum) non perscriptum quod certe solvi non potest; nota ponitur etiam, si incertum est, utrum de verbo an de nomine agatur

⊂ <i>abc</i> ⊃	Verbum ab editore loco litterae inversae aut notae in inscriptione positae inductum
⊂ <i>Manius</i> ⊃	<i>M'</i> . i. e. <i>Manius</i>
⊂ <i>crux</i> ⊃	Imago inscriptioni inserta vel adiecta, quam editor verbo uno ver- bisve compluribus descripsit
(scil. <i>abc</i>)	Verbum in textu non scriptum, sed subauditum, quod editor addidit
⟨- - -⟩, ⟨- - - - -⟩	Inscriptio non ad finem perducta

Interpunctio

A◦B◦C	Interpunctio inter singulas aut litteras aut syllabas aut verba posita
-------	--

Aliae notae editoris

(!)	Nota editoris ut lector attento animo aliquid perpendat
(vac. 3), (vac. 3?), (vac.)	Tractus versus qui non inscripti fuisse videntur quorumque ampli- tudo, numero litterarum expressa, certius aut minus certe aut nullo modo computari potest (quae res non adnotatur nisi maioris momenti videtur)
(vac.?)	Superficies ita corrupta, ut utrum inscripta fuerit necne statui non possit
<i>ab</i> [<i>c?</i>], <i>ab</i> (<i>c?</i>), <i>ab</i> { <i>c?</i> }, <i>ab</i> ⟨ <i>c?</i> ⟩, <i>ab</i> ^r <i>c?</i> [?] , <i>abc</i> (?)	Nota editoris quae ponitur post verbum aut syllabam aut litteram, si suppleta vel soluta vel expuncta vel adiecta vel correcta incerta sunt vel si de lectione interpretationeve dubitatur

H. KRUMMREY

